

deprecor, ut illi sit vita felicissima et longa et ut vivat in eternum, quod quidem *deus gloriosus et excelsus*⁴ ei dignetur concedere. Amen.

*Rex, in eternum vive*⁵ etc.

- 10 Magnifice doctor et miles, mi preceptor. Taliter qualiter accinctus conabor explicare notas et regulas quasdam, quas thesaurisavi in archa mentis mee, cum hic libros presentes non habeam, et ea, que hic scribo, sunt de thesauro mee senectutis. Ut autem noscitis, doctor mi, *quot sunt diversitates* melancolie generacionum, *tot species*⁶ melancolie
- 15 sunt. Est enim quintuplex melancolia⁷: una ex sanguine, que dicitur sanguinea, secunda ex colera, que dicitur colerica, tertia ex flemate, que dicitur flematica, quarta est melancolia naturalis, quinta est melancolia non naturalis facta ex materia non^b naturali, / et humor melancolicus generatur aliquando ex humore grosso similato faece vini, aliquando ex
- 20 colera citrina, que facit melancoliam viciosam corrodentem membra, et ista est minus mala quam secunda melancolia extra naturam, que ex humore nigri humoris generatur. Calida est et saporis acerbi odorisque et est quoddam *adustum* ex subtilioribus partibus *sicut acetum* ebuliens super terram, a quo *fugiunt musce propter horribilitatem sui saporis et*
- 25 *odoris. Adustum* autem ex grossioribus seu ex spissioribus partibus est *minoris malicie et minoris acetositatis et minus ebullit super terram*. Melancolia facta ex adustione melancolie naturalis est mala. *Adustum ex sanguine est salsum cum pauca dulcedine et ad ponticitatem trahit*; si est *ex flemate* subtilis substancie, *ad dulcedinem*⁸ *trahit*; si est ex flegmate
- 30 grosse substancie, *trahit ad ponticitatem et acetositatem*; que <est> ex adustione colere aduste, ad amaritudinem trahit.

b) durchgestrichen und unterpunktet Hs.

4) Vgl. den Beginn des *Consilium contra pestilentiam* des Gentile da Foligno: Quoniam gloriosus et excelsus deus de largitate sua medicinam produxit; THORN-DIKE / KIBRE, *A Catalogue* (wie S. 140 Anm. 15) Sp. 1276.

5) Dan. 3,9; 5,10; 6,21; 2. Esdr. 2,3.

6) Vgl. Boethius, *In Isagogen Porphyrii commenta* 1,3, hg. von Georg SCHEPSS / Samuel BRANDT (CSEL 48, 1906) S. 8 Zeile 5: *quotque actuum diversitates, tot species varietatesque virtutum*.

7) Das Folgende bis *trahit* (Z. 31) nach Gilbertus Anglicus, *Compendium medicinarum* (Lyon 1510) fol. 50r (De quartana notha generaliter et particulariter et primo de ea, quae est ex colera adusta), der sich auf ungenannte Autoritäten beruft. Zu seinen Vorlagen vgl. Ortrun RIHA, *Gilbertus Anglicus und sein „Compendium medicinae“*. Arbeitstechnik und Wissensorganisation, *Sudhoffs Archiv* 78 (1994) S. 59–79, hier S. 68f.

8) Salsedinem bei Gilbertus Anglicus, *Compendium medicinae* (wie Anm. 7).